

Pange, lingua ... certaminis

Brevier-Himno

Karesmo > Sankta Semajno > horo de la legaĵoj (strofoj 1 - 4, 6, 11)
Karesmo > Sankta Semajno > matena laŭdo (strofoj 7 - 11)

*Pange, lingua, gloriosi
prælium certaminis,
et super crucis tropæo
dic triumphum nobilem,
qualiter redemptor orbis
immolatus vicerit.*

*De parentis protoplasti
fraude factor condolens,
quando pomi noxialis
morte morsu corrui,
ipse lignum tunc notavit,
damna ligni ut solveret.*

*Hoc opus nostræ salutis
ordo depoposcerat,
multiformis perditoris
arte ut artem falleret,
et medelam ferret inde,
hostis unde læserat.*

*Quando venit ergo sacri
plenitudo temporis,
missus est ab arce Patris
Natus, orbis conditor,
atque ventre virginali
carne factus prodiit.*

*[Vagit infans inter arcta
conditus præsepia:
membra pannis involuta
Virgo Mater alligat:
et manus pedesque et crura
stricta cingit fascia.]*

*Lustra sex qui iam peracta
tempus implens corporis,
se volente, natus ad hoc,
passioni deditus,
agnus in crucis levatur
immolandus stipite.*

Æqua Patri ...

Kantu, lango, pri la venko
en miriga ĉi milit',
kaj la kruc-trofeon gloru
per peano laŭ merit',
sur la kruc' la Mond-savanto
venkis kiel oferit'.

Jam l' unua hom' afliktis
la Kreinton per ĉagren',
pro la ĝu' de l' frukt' fatala
lin ekligis mort-katen':
sed elektis Dio novan
arbon pro l' homara ben'.

Tiu ĉi ofer' konvenis
al la Dia sav-postul',
ke l' perfida ruz' vaniĝu
per pli bona do kalkul',
ke la san' refortu tie,
kie vundis Malicul'.

Kiam venis do la tempo
al la pleno de matur',
sendis Patro-Di' la Filon
teren el ĉiela pur',
naskiĝontan el la ventro
de virgin' en hom-figur'.

Kiam jen post tridek jaroj
sonis Lia lasta hor',
Li, laŭvole destinita,
sin fordonis kun fervor'
kaj, ŝafido sur la kruco,
sin oferis pro favor'.

Al la Triunu' ...

*En acetum, fel, arundo,
sputa, clavi, lancea;
mite corpus perforatur,
sanguis, unda profluit;
terra, pontus, astra, mundus
quo lavantur flumine!*

*Crux fidelis, inter omnes
arbor una nobilis!
Nulla talem silva profert
flore, fronde, germine.
Dulce lignum, dulci clavo
dulce pondus sustinens!*

*Flecte ramos, arbor alta,
tensa laxa viscera,
et rigor lentescat ille
quem dedit nativitas,
ut superni membra regis
miti tendas stipite.*

*Sola digna tu fuisti
ferre sæcli pretium,
atque portum præparare
nauta mundo naufrago,
quem sacer cruor perunxit,
fusus Agni corpore.*

*Æqua Patri Filioque,
inclito Paraclito,
sempiterna sit beatæ
Trinitati gloria,
cuius alma nos redemit
atque servat gratia.*

Amen.

latina T: Venantius Fortunatus,
6-a jarcento

Jen vinagro, galo, kano,
dornoj, najloj, kraĉo-hont',
lanc' traboras molan korpon:
sanga tuj elfluas ond',
kie tero, mar' puriĝas,
tuta la kreita mond'.

Kruc' fidela, inter ĉiuj
arboj plena de majest',
senkomparaj frondoj, floroj,
fruktoj estas via vest':
kara ligno, karan ŝarĝon
portas vi por sav-atest'.

Fleksu, alta arb', la branĉojn,
kaj moliĝu, trunka dur';
malfortiĝu la rigoro,
kiun donis la natur',
por ke sur vi kuŝu milde
Dio en la reĝ-figur'.

Porti la elaĉetanton
de la ter' nur indis vi,
mergiĝantan mondon gvidi
el pere' al la patri',
ĉar la sango de l' Ŝafido
vin surverŝis en pasi'.

Al la Triunu' beata
estu do eterna glor',
sama estu al la Patro,
Filo kaj Spirit' ador':
Triunuon tiun laŭdu
l' universo pro honor'!

Amen.

E: Guido Holz 1986,
2001 en ADORU 293